Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Quaestiones argumenti chirurgici

https://hdl.handle.net/1874/299897

THESES INAUGURALES

ARGUMENTI CHIRURGICI.

THESES.

I.

In fracturis vel luxationibus vertebrarum dorsi superiorum, vel colli inferiorum, *imprimis* exspirationem esse difficilem, quod DRUIT II, p. 28 contensit, mihi non probabile videtur.

II.

Immundities favet plicae polonicae genesi.

III

Tracheotomia peracta, necesse est aegrum aerem respirare, aquae vaporibus magis saturatum.

IV.

In incontinentia urinae nocturna ostium urethrae ext; nitrate argenti tangere, ut Druit Suadet, mihi non commendandum videtur.

V.

Si tumores parotidis majores exstirpandi sunt art: carotidem communem prius denudare, valde probandum est.

VI.

Recte Alph. Guérin, de ligatura arteriarum loquens: »Avec eux (points de repère) il n'est plus permis d'avoir recours aux incisions obliques, que Lisfranc a conseillées, à une époque où la science des points de repère n'était pas encore ci qu'elle est devenue il y a quelques années."

VII.

Minus recte autem idem pag. 83, quum dicit: »Jusqu'ici la transfusion du sang doit être regardée comme une opération beaucoup plus dangereuse qu'utile."

VIII.

Effectus cylindrorum ceratorum (bougies) in strictura uraethrae, non solum mechanicae attribuendus est dilatationi.

IX.

Corpora aliena in orbita vel ejus adipe haerentia, bulbo licet integro, necessario extrahenda esse Doct. Ilcken non assentimur.

X

Ulcus noma facici non oritur ex inflammatione nervi infra-orbitalis.

1912305

XI.

Amaurosis cum excavatione, papillae, ut mihi videtur, ad glaucoma est referenda.

XII.

Instrumento, quod dicitur »troicart van Schuh," ad thoracis paracentesin perficiendam non opus est.

XII,

Tumor, de quo dubium est, num carcinomatosae sit naturae, exstirpari debet. Si scilicet constitutio generalis aegri non obsit.